Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



qui est ad dexteram patris. qui etiam intercellat pro nob. Quis
nos separabit a karitate xpi? Tribulatio. an angustia.
an persecutio. an fames. an nuditas. an periculum. an gladius.
sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus
ut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus. propter eum qui di
lexit nos. Certus sum enim quia neque mors. neque uita. neque
angeli. neque principatus. neque instantia. neque futura. neque forti
tudo. neque altitudo. neque profundum. neque creatura aliqua
potest nos separare a karitate dei. que est in xpo ihesu domino nro.
Lectio. Hec mando uob. Et in nat Tiburtii et Valeriani In vigilia
Ecce ego iohannes uidi in medio omnium scorum Johis apli
throni. et quatuor animalium. et in medio seniorum agnum
stantem tanquam occisum. habentem cornua septem. et oculos
septem. qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et uenit
et accepit. de dextera sedentis in throno librum. Et cum ape
ruisset librum. quatuor animalia. et uiginti quatuor senio
res ceciderunt coram agno. habentes singuli citharas. et phia
las plenas odoramentorum. que sunt orationes scorum. Et cantabant
canticum nouum dicentes. Dignus es domine accipere librum. et aperire
signacula eius. quoniam occisus es. et redemisti nos deo. in sanguine
tuo. ex omni tribu. et lingua. et populo. et natione. et fecisti nos
deo nro regnum. et sacerdotes. et regnabunt super terram. Et uidi.
et audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni. et ani
malium et seniorum. et erat numerus eorum milia milium. uoce
magna dicentes. Dignus est agnus qui occisus est accipere
uirtutem et diuinitatem. et sapientiam et fortitudinem. et hono
rem. et glorium. et benedictionem in secula seculorum. Amen. Lectio. De
scendens ihs de monte. et de mirabilibus In die sco t. a. Johis apli.